

❁ 2 ❁

51

nesti Sal. Cypriani in Diss. cui tit. *Animadversiones ad Liberii de Sta-
Amore Epistolas Theologicas.* alium adhuc partum enixus est Clericus an.
1784.5 latens sub velamine Critobuli, Hierapolitani, Epistolam nempe late-
nam de *Emendationibus sacrorum Codicum.* vid. Placc. l. c. n. 753. p. 04. b.
Haud multo post an. nempe 1685. concinnavit, fama publica ita ferente, opu-
sculum, cui tit. *Sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l'histoi-
re Critique du vieux Testament,* composée par le Pere Richard. Simon,
conf. Placc. l. c. n. 344. p. 113. a. Sed Lipsienses in *Actis* an. 1686. p. 432.
monere sustinent, censuras istas cautè esse legendas, cordatig, Theologi
Examen omnino promereri. Cum autem Prior Bollevillanus, i. e. Richar-
dus Simon, hæc animadversiones sub incudem revocare satageret in Tr.
Response au Livre intitulé: Sentimens des quelques Theologiens an. 1686. vid.
Act. Erud. an 1686. p. 439. sq. iterum Clericus Simoni eodem adhuc an-
no opposuit scriptam sub rubro: *defense des Sentimens de quelques Theo-
giens de Hollande.* vid. *Act. Erud.* an. 1687. p. 363. & Placcium l. c. n.
1377. p. 364. a. At enim verò summè injurii tam perversus Simon, quam
quoque professor ejus Antagonista, Clericus, in inspirationem Scripturæ Si-
mediatam, eapropter ritè vapulant D. Joh. Henr. Majo dissert. I. de *inspi-
ratione librorum sacrorum* §. 3. p. m. 6. Evigilarunt quoque, ignita hæc
Clerici tela masculè retundentes, H. Witsius *Miscellan. s. libr. I. Cap. 32.
§. 7.* p. 328. nec non C. G. de la Mothe in *de inspiratione librorum S. N. T.
Tractatu,* aliique. Conf. *Waeyen* l. c. p. 3. Memorato pariter anno 1686.
prælo exire cœpit *Bibliothèque Universelle & historique,* haud interrupta
annorum ferie continuata usque ad annum 1693, & XXV. Tomis constans. Vul-
gatissimo prius rumore Bibliothecæ istius Autor habitus fuit Noster. Progressu
tamen temporis compertum fuit, præter Clericum huic labori quoque insudasse
Joh. Conrad. de la Crose, imò alios quoque in conficiendo *Tom. XIII.* manus
junctisse focias. Quia vero memoratis Autoribus virgula interdum censoria
uti collibuit, hinc varios experti sunt adversarios, Puffendorffium, Capel-
lum, Harduinum, Richardum Simonem. vid. Placcii *Theatrum Anon-
ymorum* num. 2508. p. m. 619. & DD. Burch. Gohelff. *Struvii Intro-
duct. ad notitiam rei literariæ* Cap. VI. §. 46. p. 301. sq. Postmodum
an. 1691. elegantem planè operam impendit Noster in emendandis nãvis *Lexicæ
Moreriani.* Titulus libri ita habet: *Le grand Dictionnaire historique ou le
mélange curieux de l'histoire sacrée & profane* par Mz. Louis Moreri.
Sizième édition, ou l'on a mis le supplément dans le même ordre alpha-
betig, corrigé un tres grand nombre de fautes, ajouté quantité d'articles
& de remarques importantes. vid. Placc. *Theatr. Anonym.* n. 2575 p. 635.
Struv.